

sicare, id uti facere liceat, dum ne ampliorem | (42) modum pratorum habeant, quam proxima aestate habuerunt fructique sunt. — Viturios qui controversias<sup>23</sup> | (43) Genuensium ob iniurias iudicati aut damnati sunt, sei quis in vinculeis ob eas res est, eos omneis | (44) solvei mittei leiberique<sup>24</sup> Genuenses videtur oportere ante eidus Sextilis primas. — Seiquoi de ea re | (45) iniquom videbitur esse, ad nos adeant primo quoque die et ab omnibus controversis et hono publ. li.<sup>25</sup> | (46) Leg.<sup>26</sup> Moco Meticiano Meticoni f., Plaucus Peliani. Pelioni f.

*Tabula aenea rep. a. 1506 sex mil. pass. a Genua in valle Polceverae fluvii (1499. V 7749 Ritschl tab. XX). De locis in hac tabula memoratis post Serram (mem. acad. Genu. 2, 1809) egerunt Grassi et Desimonis Atti della società ligure di storia patria 3, 1864; Poggi ibid. 30, 1900, unusquisque cum tabulis geographicis. — 1) Intellegitur M. Minucius (sic supra N. 3770) Rufus consul a. u. c. 644 cum fratre Q. Minucio Rufo (supra N. 4047). Hi cum oriundi essent ab eo qui subegit Ligures Q. Minucio Rufo cos. a. 557, avito iure patroni Ligurum videntur fuisse ideoque ad hanc rem disceptandam selecti esse (Momms.). Cf. Mommsen Staatsr. III p. 1203 not. 1. — 2) Idem qui paullo post dicuntur Langenses Veiturii (v. 24 seq.), Langenses, Langates. — 3) Cf. Dig. 4, 8, 27, 4 (Mommsen). — 4) Cf. Mommsen Staatsr. III p. 1202. — 5) A. u. c. 637. — 6) Cf. not. 2. Ab iis vicus Langasco (circ. 15 chil. a Genua) nomen trahere creditur. — 7) De colle Maniceno vocato cogitavit Serra (contradixerunt tam Desimonis p. 559. 577 seq. quam Poggi p. 269). — 8) Fluvii nomen videtur excidisse. — 9) Fortasse rivus hodie dictus Lemme sive Lemo. — 10) Comberaneam. — 11) Cf. supra N. 5806 not. 2. — 12) Idem 'flumen Porcifera' quod recenset Plin. h. n. 3, 5, 48 proxime Genuam, hodie Polcevera. — 13) terminus aes. — 14) Sic (PRO . CAVO) est in aere (fortasse subest nomen montis). — 15) Colle dei Giovi (cf. Nissen ital. Landeskunde 4, 250). — 16) Cf. not. 2. — 17) Casus primus. — 18) Victoriatos nummos quadrigentos (nummi huius nominis quattuor aequabant denarios tres). Cf. Borghesi opp. 2, 283 seq.; Mommsen Roem. Münzw. p. 389 seq. — 19) Scr. eis. — 20) Requiritur de maioris partis. — 21) Intellege: quem eorum ita possedissee non parebit (Momms.). — 22) De his cf. Poggi p. 347 seq. — 23) Controversias ob iniurias iudicari mire dictum est, videtur accusativus explicandus ad similitudinem eorum quae sunt: servitutem servire, iusiurandum iurare (Mommsen). — 24) Videtur scribendum leiberareique et deinde a Genuensibus. — 25) In corruptela quid lateat, ignoratur. Requiritur videtur: et ab omnibus controversiis absteineant. — 26) Legati.*

Decretum proconsulis Sardiniae de finibus Patulcensium et Galillensium.

5947 imp. Othone Caesare Aug. cos. XV k. Apriles<sup>1</sup>. |

(2) Descriptum et recognitum ex codice ansato L. Helvi Agrippae<sup>2</sup> procons., quem protulit Cn. Egnatius | (3) Fuscus scribe quaestorius, in quo scriptum fuit it, quod infra scriptum est, tabula V D<sup>3</sup> VIII | (4) et VIII et X. 'III idus Mart. L. Helvius Agrippa procos. caussa cognita pronuntiavit: | (5) Cum pro utilitate publica rebus iudicatis stare conveniat, et de caussa